



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

61. Universis, & singulis &c. Monitorium die 6. Junii 1716. vigore specialis
Chirographi Pontificii expeditum contra plures, qui communicare ausi
fuerant in Divinis cum Excommunicatis vitandis in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

Giuffrida Canonicus Cathedralis Ecclesie Catanien., Archangelum Caruso, Erasimum Barbagallo, & Fabricium Strano Canonicos Secundarios ejusdem Ecclesie, Sacerdotem Petrum Scoto Canonicum Collegiate Ecclesie Sancte Marie Montis Serrati dicte Civitatis Catanie, Fr. Illuminatum Scoto Ordinis Minorum Reformatorem Sancti Francisci, Fr. Bonaventuram Campanelli, & Fr. Vincentium Campanelli germanos Fratres Minores Conventuales ejusdem Sancti Francisci, P. Franciscum Mariam Asmondo Congregationis Clericorum Regularium Minorum, Comitem Vianzini Gubernatorem Civitatis Messane, N. N. Custodem, seu Capitaneum Portus ejusdem Civitatis Messane, & N. N. N. N. Milites, Sacerdotem Josephum Sparpaglia Vicarium foranum Civitatis Paternonis, Josephum Garzia Ayello Ducem Justitie ejusdem Civitatis N. N. Natione Sabaudum Capitaneum Militum Armorum Civitatis Jacis Realis, & Josephum Maria Vicarium foranum hujus Civitatis, P. Lucium Bonannum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis Abbatem Monasterii Sancti Nicolai de Arena Civitatis Catanie, Fr. Raymondum Bonfiglio Ordinis Predicatorum degentem in Conventu S. Catharine Senensis Catanie, Sacerdotem Antonium Tropeam Canonicum ejusdem Ecclesie Cathedralis, & Sacerdotem Martinum Maria de Civitate Jacis Realis, (cum quoad alios Laicos in premissis repositos culpabiles in separata Instantia agatur) citatis, moneatis, & requiratis, prout Nos eisdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, primo, secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum mensium spatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro secundo, posteriores vero viginti dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinam canonicam monitionem assignamus, & vos affignetis, debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romae in Judicio coram Nobis, vel infra scripto Perillustri, & Excellentissimo D. Dominico Cesare Florello Locumtenente nostro in Criminalibus Generali legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeat ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & penas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & presertim in Bulla die Cene Domini quotannis legi, & publicari solita, nec non quoad Ecclesiasticos Saeculares, in Dignitatum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum cujusvis generis, seu naturae sint, quod vero ad Regulares, in Officiorum, Dignitatum, & graduum Regularium quorumcumque per eos respective obtentorum privationis, perpetuaeque inhabilitatis ad illa, & alia similia, vel dissimilia quaecumque in posterum quomodolibet obtinenda, penas, aliasque in supradictis Literis Apostolicis in forma Brevis Sanctissimi Domini Nostri die sexta Novembris anni millesimi septingentesimi decimiquarti expeditis super omnimoda, & invariabili Interdicti observantia contentas, inflictas, impositas, & comminatas, incidisse, & incurrisse declarari, ac sine praesudicio aliarum penarum in omnes praedictos, vel eorum singulos irrogandarum, contra illos, & illorum quemlibet literas quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & singulos actus, de, & super praemissis, & circa ea quomodolibet necessarios, & opportunos procedi, nec non respective ad videndum sese in censuras, & penas hujusmodi incidisse, & incurrisse declarari, ipsique D. Procuratori Fiscali Generali Jus, & Justitiam ministrari; Certificantes eisdem Innocentium Roccaforte Bonadies, Innocentium Patti, Franciscum Viola, Joannem Baptistam Parisio, Fr. Franciscum Malavigna, Joan-

Monentur, & citantur ad comparandum, & alle-

nem la Valle, Petrum Gullora, Joannem Giuffrida, Archangelum Caruso, Erasimum Barbagallo, Fabricium Strano, Petrum Scoto, Fr. Illuminatum Scoto, Fr. Bonaventuram Campanelli, Fr. Vincentium Campanelli, P. Franciscum Mariam Asmondo, Comitem Vianzini Gubernatorem Civitatis Messanae, N. N. Custodem, seu Capitaneum Portus Messanae, & N. N. N. N. Milites, Josephum Sparpaglia, Josephum Garzia Ayello, N. N. Natione Sabaudum Capitaneum Militum Armorum Civitatis Jacis Realis & Josephum Maria, P. Lucium Bonannum, Fr. Raymondum Bonfiglio, Augustinum Manduca, Antonium Tropea, & Martinum Maria sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis praefixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infra scriptus, nihilominus, servatis terminis de stylo Curiae servari solitis, ad omnium, & singularum censurarum, & penarum praedictarum respective (ultra alias de Jure competentes, reservatas) incursum declarationem, & executionem, Cedulo, numque dictae Excommunicationis relaxationem, afflictionem, publicationemque respective, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive deveniet, & procedet, justitia mediante, eorum absentia, & contumacia non obstante. In quorum fidem &c. Datum Romae ex Magna Curia Innocentiana Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoquinto, Indictione octava, die vero 9. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papae XI. Anno decimo sexto.

Dominicus Caesar Florellus Locumtenens, & Index Deputatus.

Paulus Fatius Curiae Caesarum Camera Apostolicae Notarius.

Die 17. Martii 1716. Elapsis terminis in antedicto Monitorio praefixis, aliisque servatis de stylo Curiae servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas Censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Scheda Cedoloni-nuncupata, qua universis Christianis fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura ii omnes, & singuli, contra quos praedicta Sententia lata fuit.

MONITORIUM

XII.

Die 6. Junii 1716. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra plures, qui communicari aut fuerunt in Divinis cum Excommunicationis vitandis in Regno Siciliae cum praefixione termini ad legitime comparandum sub censuris, & penis in Sacris Canonibus, & Conciliis contentis, ac monitione ad omnes Christianos, ut a quocumque prohibita cum illis communicationis genere se abstineant.

Nicolaus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Spinula Curiae Caesarum Camera Apostolicae Generalis Pro-Auditor, Romanaeque Curiae Index Ordinaris, Sententiarum quoque, ac Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latorum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque Universalis, ac merus Executor.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Can-

gandum causam quare declarari non debeant incidisse in Censuras, & penas &c.

Cantoribus, Custodibus, Theſaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegiarum Eccleſiarum Reſtoribus, ſeu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, caterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino &c.

§. 1. Noveritis, quod hac infraſcripta die comparuit coram Nobis Perilluſtris, & Excellentiſſimus Dominus Nicolaus Jacobatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolice Generalis Procurator Fiscalis, & expoſuit non deſuiſſe in Civitate Panormi pernicaces Homines, qui non erubefcentes peccata ſua, nec formidantes Eccleſiaſtica vincula, quibus ob violatam Immunitatem, Jurisdictionem, & Libertatem Eccleſiaſticam obſtricti fuerant, prolatam in eos recto Eccleſiæ judicio Excommunicationis ſententiam indurato corde ſuſtulerunt, & adhuc pertinaciter ſuſtinent. Exiſtiſſe inſuper plures perditionis filios, qui illorum partes ſequentes, & nihil attendentes, quinimò deſipientes ſalutaria monita publicis noſtris ſ. h. edulis editis diebus 23. Januarii anni 1714., & 5. Aprilis anni proximè elapſi cunctis Chriſtiſidelibus data, ut eoſdem Excommunicatos palam denunciatos, nempe Joſephum Fernandez Præſidem, Ignatium Perlongo, Nicolaum Ardizzone, alioſque nominatim expreſſos, tanquam putrida membra ferro Excommunicationis ab Eccleſiæ corpore abſciſſa, aufergerent, hæc, inquam, ſalutaria monita, ſeu potius canonica præcepta ſpernentes pernicioſo communionis ſolatio illorum contumaciam conſoverunt, majoremque eis inſolentia fomitem ſubmiſtrarunt. Nonnulli ſiquidem Eccleſiaſtici, ac præſertim Sacerdotes, qui fuerunt Yaſa Domini, adnitere etiam Laicali Potestate illius Regni, in id graviſſimum ſcelus devenerunt, at in ipſam Dei gloriam effundentes malitiam, veniam quippe peccatorum, & pœnarum remiſſionem, ſive indulgentiam ſupplices ante faciem Domini petentes, Deum verò ad iracundiam provocantes, Sacrum facere, & Altari miniſtrare ſolemni ritu ad nominatorum Excommunicatorum præſentiam, & intereſſentiam ſacrilegè præſumpſerunt.

§. 2. Hæc profectò pluries in Civitate Panormitana acciditſe expoſuit, præcipuè diebus 15. Julii, 25. Decembris, & 26. Februarii proximè præteritorum in illius Metropolitanâ Eccleſiâ, ubi Inventionis Corporis Sanctæ Roſaliæ Virginis, ac Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti feſtos dies celebrantes, & Eccleſiaſtico ritu Cinerum ſolemnitatem, juxta Sanctæ Matris Eccleſiæ morem, colentes, ſuſis ad Deum precibus, Altare ejus introiverunt. Sacrum faciens Canonicus ejusdem Eccleſiæ Metropolitanæ Mamilianus Cozzo, ac Sacerdotes ei miniſtrantes dictâ die 25. Decembris Canonicus Didacus Sciacca in Officio Diaconi, & N. N. in altero Subdiaconi; aliâ verò die 26. Februarii idem Sciacca Diaconi, & Sacerdos Petrus Guagenti Subdiaconi officia præſtantes; Iniquo pariter aſu, & religioſâ diſciplinâ neglecta, celebratis Miſſæ Sacrificiis ad eorundem Excommunicatorum præſentiam interſuerunt Canonici Auguſtinus Perez de Alba, Emanuel Tiganus, Antoninus Scoma, Andreas Marini Caffarelli, Albertus Bartolotta, Paulus Piniſi, Auguſtinus Paſſalacqua, & N. Finocchiaro, nec non Beneficiarii Philippus Scolare nuncupatus l'Abbate Corda Fradixa, Benedicteus Leonti, Joſeph Papalardo, & Nicolaus Martorana.

§. 3. Id ipſum etiam occasione Solemnitatum Sanctiſſimæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis,

Sanctorumque Franciſci, Auguſtini, Tereſiæ, Thomæ Aquinatis, ac Franciſci de Paula factum fuiſſe narravit idem Procurator Fiscalis in Regularium Eccleſiis, nempe Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini die 28. Auguſti proximè præteriti, Patrum Minorum Conventualium Sancti Franciſci 4. Octobris, & 8. Decembris ſubſequentis, Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum die 15. dicti menſis Octobris, Patrum Ordinis Prædicatorum die 7. Martii proximè elapſi, ac demum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula die 2. ſubſequentis menſis Aprilis; Inibi namque, Excommunicatis vitandis pari iniquitate, & ſcandalo aſſiſtentibus, Divina celebrarunt Officia, nempe Miſſæ Sacrificium ex Ordine Eremitarum Sancti Auguſtini Fr. Cajetanus Lombardi, Diacono miniſtrante Fr. Petro Moncillo, & Subdiacono Fr. Auguſtino lo Monaco; Ex Ordine Minorum Conventualium Fr. Magiſter Antonius Maria lo Monaco, Miniſterium Diaconi, & Subdiaconi reſpectivè eidem præbentibus dictâ die 4. Octobris Fratribus Leonardo Tommaſini, & Vincentio Bocchi, ac 8. die Decembris Fratribus Petro Paulo Termine, & Baccalaureo Bellona; Ex ordine Carmelitarum Diſcalceatorum Frater Stephanus à Sancto Joſepho, & ei miniſtrantibus Diacono Fratre Hiacynto à Spiritu Sancto, & Subdiacono Fratre Angelico à Sancto Cajetano; Ex Ordine Prædicatorum Magiſter Hiacyntus Ruſcianus, eidem miniſtrantibus Diacono Fratre Gervasio Azzaretti, & Subdiacono Mariano Ferrara de Bivona: Et demum ex Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci de Paula ad Altare introiverunt Sacrum faciens Frater Joannes Baptiſta Prioli, nec non Fratres Antoninus Cona, & Deodatus Firrera Diaconi, & Subdiaconi miniſterium reſpectivè exercentes: Singulis verò Sacrificiis in qualibet Regularium Eccleſia ſolemniter, ut præmittitur, celebratis, aſſiterunt quoque Sacerdotes Jo. Baptiſta Martinez, & Joſeph Cozzo pro eorum Magiſterii munere Sacras ceremonias dirigentes; Rebuſque aliis, prout ex Proceſſu, & actis Cauſæ ad quæ &c. congrua congruis &c. ſuper quibus &c. Quæ omnia, & ſingula, Potestate Laicali cooperante, maligno corde geſta fuiſſe commemoravit coram Nobis, legitimiſque Juribus comprobavit d. Dominus Procurator Fiscalis. Quamobrem ad inſtantiam, & pro parte ejuſdem fuimus inſtanter, & debitè requiſiti, quatenus de opportuno Juris remedio providere, & Monitorium extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparen. decernere, & concedere, dignaremur, ſine tamen præjudicio ſuis loco, & tempore ad alia Juris remedia, & contra alios in præſenti Monitorio non expreſſos procedendi.

§. 4. Nos igitur Nicolaus Cardinalis Spinula Pro-Auditor Generalis, & Juxta à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa ſpecialiter deputatus, attendentes requiſitionem hujusmodi fore, & eſſe juſtam, & rationi conſonam, hæcque damnata, detestabilemque communionem in Divinis cum Excommunicatis vitandis in ſpretum Potestatis Clavium habitam ſedulo ſpectantes, & intento animo conſiderantes grandem Sacerdotum ruinam, quanto grandis eſt Dignitas, in qua peccarunt, petitas literas monitorias, pro nunc, & ſine præjudicio ad graviora remedia, juxta Canonicas Sanctiones in futurum deveniendi, concedendas, & in locis inſtrâ dicendis, conſulto jam Nobis de non tuto accessu ad Regnum Sicilia: exequendas, & publicandas fore, & eſſe duximus, & per præſentes mandamus. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute S. Obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus viſis eiſdem præſentibus, per præſens publicum

Id ipſum contigſſe narratur etiam in pluribus aliis Eccleſiis Regularium præfatæ Civitatis.

Excommunicati in Civitate Panormitana Centuſ palam contemnitunt, & nonnulli Sacerdotes, Laicali Potestate ad iſtente, coram ipſis Sacrum facere vident.

Id acciditſe narratur in Metropolitanâ Eccleſiâ, & perſonæ explicantur.

Nomina eorum, qui communicare auri sunt in divinis cum Excommunicatis vitandis.

Monentur ii omnes ad comparandum, & dicendum causam quare declarari non debeant incidisse in Censuras, & poenas &c. infra terminum ipsis præfixum.

nostrum Edictum in Romanâ Curia in audientia publicâ literarum Contradictarum SS. Domini Nostri Papæ legem, & ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Curie Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ & extra eam in confinibus Mariim hujus Status Ecclesiastici, nempe in Civitatibus, Terris, & Locis Terracinae, Neptuni, Portus Antii, Flumicini, Civitatis Vetulae, & Anconæ per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium, & Majorum Ecclesiarum respectivè, ex parte nostrâ, imò verius Apostolicâ Authoritate pro nunc & sinè præjudicio facultatis procedendi suis loco, & tempore contra alios, ac etiam contra prædictos gravioribus poenis repositos, vel reperiendos culpabiles quàm facultatem Nobis expressè reservamus, supra dictos *Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Panormi Mamilianum Cozzo, Didacum Sciacca, Augustinum Perez de Alba, Emanuele Tiganum, Antoninum Scoma Andream Marini Caffarelli, Albertum Bartolotta, Paulum Pinnisi, Augustinum Passalacqua, & N. Finocchiaro; nec non ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Beneficiatos Philippum Scolare nuncupatum l'Abbate Corda Fradixa, Benedictum Leonti, Josephum Papalardo, & Nicolaum Martorana, Sacerdotes quoque Petrum Guagenti, Jo. Baptistam Martinez, Josephum Cozzo, & NN. qui dicta die 25. Decembris in officio Subdiaconi ministravit; prout etiam Fratres Eremitas Sancti Augustini Cajetanum Lombardi, Petrum Moncillo, Augustinum lo Monaco: Fratres Minores Conventuales Antonium Mariam lo Monaco, Leonardum Tomassini, Vincenzium Bocchi, Petrum Paulum Termine, Baccalaureum Bellona: Fratres Carmelitas Discalceatos Stephanum à Sancto Josepho, Hyacinthum à Spiritu Sancto, Angelicum à Sancto Cajetano: Fratres ex Ordine Prædicatorum Hyacinthum Ruscianum, Gervasium Azzaretti Marianum Ferrara de Bivona, & Fratres ex Ordine Minorum Jo. Baptistam Prioli, Antoninum Cona, ac Deodatam Firvera sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Excellentissimus D. Locumtenens Generalis infra scriptus, nihilominus, servatis terminis de stylo Curie servari solitis, ad omnium, & singularum censuram, & poenam prædictarum incursum declarationem, & executionem, Cedulo numque dictæ Excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque respectivè, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive deveniet, & procedet, Justitiâ mediante, eorum absentia, & contumaciâ non obstantè.*

§. 5. Interim verò Nos vehementer cupientes, ut prænominati, cæterique excommunicationis Sententiâ innodati, tandem erubescerent agnoscant peccata sua, & ad sinum Sanctæ Matris Ecclesiæ humili, & contrito corde revertantur: Ideirò, ne illorum contumaciâ in pejus entriat perniciosum communionis solatium, neve Animarum periculum ex eâ Communicantibus imminet, Vobis omnibus, & singulis superius nominatis committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ expressè mandamus, quatenus vigore præsentium moneatis, seu moneri faciatis, prout Nos, sic instante dicto Domino Procuratore Fiscali, per easdem præsentibus nostras literas, juxta canonica Institutâ, monemus omnes, & singulos Christianos, eisdemque inhibeatis, prout Nos pariter illis inhibemus, ne sub quovis prætextu, & quæsito colore, audeant, vel præsumant quodcumque prohibite communionis genus cum illis habere, sed omninò ab hujusmodi damnato participio abstinere se debeant sub censuris, & poenis in Sacris Canonibus contentis, ad quarum quidem incursum declarationem, & executionem, ac ad omnia alia necessaria, & opportuna, præmissis de jure præmittendis, Nos procedemus, sive infra scriptus Dominus Generalis Locumtenens, Justitiâ mediante procedet contra quoscumque de prædictis reperiendos culpabiles, atque punibiles. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo sexto, Indictione nona, die verò sexta mensis Junii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno decimo sexto.

Dominicus Cæsar Florellus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curie Causarum Camera Apostolica Notarius.

Die 10. Octobris 1716. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curie servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententiâ declaratoria incursum

Omnes Christi fideles admoneantur, ne quodcumque communionis genus sub quovis prætextu habere audeant cum prædictis Excommunicatis sub Censuris, & poenis.

curfus in omnes, & singulas Censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & confectis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula Cedoloni-nuncupata, qua universis Christianidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura ii omnes, & singuli, contra quos predicta Sententia lata fuit.

Postquam è Tribunali A. C. pro tuitione Immunitatis Ecclesiastica, Apostolicaque autoritatis in Regno Sicilia tam graviter lesa, & pro observatione potissimum Ecclesiasticis Interdictis Civitatibus, & Diocesibus Catanen., Agrigentis., & Liparitan. ab illarum Episcopis de speciali mandato Sanctissimi apposti, & deinde à Sanctitate Sua amplissimè confirmati, Monitoria, Sententia, & publica Anathematis Schedula superius relata, ac inserta prodierant: aquum, iustumque, imò etiam maximè necessarium visum est rationem inire, qua Ecclesia satisfaceret, spiritibus illorum populorum saluti summum in discrimen adducte consultum esset, sublatique è medio scandali, pristina tandem, ac bonorum omnium votis tantoperè exoptata tranquillitas Sicilia restitueretur. Hunc igitur in scopum Summo Pontifice, & qui tunc predictam Insulam obtinebat, Hispaniarum Rege Catholico Philippo V., pro infra utriusque eximia pietate, ac prudentia laudabiliter consulantibus, à Majestate Sua primùm Eminentissimus Dominus Cardinalis Franciscus de Aquaviva, Regius apud Sanctam Sedem Administer, & mox à Sanctissimo R. P. D. Vincentius Alamannus utriusque Signatura Reserendarius, & ab arcanis notis Sanctitatis Sua, ad ejusmodi negotium honestis conditionibus transigendum delecti fuerunt. Pluribus itaque à Pontificio Deputato cum predicto D. Cardinali, atque etiam cum R. P. D. Herrera, Særa Rotæ Romanae Auditore, ab Eminentia Sua subrogato habitis colloquiis, & tractationibus, etsi multiplices, nec levis momenti difficultates intercessissent, tandem, benedicente Domino, felicem ad exitum perducta res est, communi consensu firmatis decem Articulis, quorum tenor hic subiicitur.

I. Che rimossi tutti gl'impedimenti frapposti all'intera osservanza dell'Interdeto nelle tre Diocesi di Catania, di Girgento, e di Lipari, e rivotati, & aboliti tutti gl'Atti, Decreti, & Ordinanze fatte in contrario, si osservi in avvenire nelle dette tre Diocesi pienamente l'Interdeto.

II. Che tutti gl'Esuli, fuggitivi, rilegati, ò anco carcerati, tanto Laici, che Ecclesiastici, e Regolari per l'osservanza dell'Interdeto, ò per qualsivoglia altra causa in odio della giurisdizione Ecclesiastica, ò dell'obbedienza prestata alla Sede Apostolica, siano richiamati, e scarcerati rispettivamente, e rimessi in quell'istesso stato, e grado, in cui erano prima della loro espulsione, fuga, rilegazione, ò carcerazione.

III. Che si rimuovano tutti, e singoli sequestri apposti per le cause sopra espresse, con doverli restituire dal presente Governo à chi è di ragione, tutto ciò, che si trovasse in mano, ò che avesse percolato de' frutti sequestrati; restando poi semper à peso de' particolari il restituire quello, in che si fossero utilizzati sotto in presente, e passato Governo.

IV. Che tutte le privazioni di Dignità, ò Benefizii Ecclesiastici, ò di qualunque grado, officio, ò prerogativa, in cui sono stati dichiarati rispettivamente incorsi dalla Santa Sede, ò in esecuzione degl'Ordini della medesima, vanti Eccle-

siastici, ò Regolari, abbiano il loro effetto, fin tanto che non vengano reintegrati dalla somma pietà di Nostro Signore, il quale per grazia speciale reintegrerà tutti quelli, che daranno veri segni di pentimento, à sola riserva di quei pochi, li Benefizii, ò gradi de' quali faranno stati già legittimamente disposti in altri Soggetti, à quali non si dovrà impedirne il pacifico possesso, ò se qualcheduno si stimasse gravato, Nostro Signore gli farà amministrare tutta la giustizia.

V. Che essendo nulli tutti li Capitoli Regolari celebrati contro la forma de' Sacri Canoni, ò delle Costituzioni particolari di ciaschedun'Ordine, ò contro il divieto della Sede Apostolica, e per conseguenza, essendo di niun valore tutti gl'atti fatti in essi Capitoli, dovranno li Superiori Generali degl'Ordini dare il necessario riparo, e rimedio à gl'inconvenienti seguiti. Quanto poi all'elezioni fatte in essi Capitoli, essendo similmente di niun valore, rimossi li Superiori intrusi, faranno riconosciuti per legittimi quelli, che sono stati eletti per Breve, ò che hanno havute le facultà di governare dalla Sacra Congregazione, ò da' loro legittimi Superiori Generali, fin à tanto che per li primi spiri il tempo del Breve, e per gl'altri, che si celebri il nuovo legittimo Capitolo convocato dal vero Superiore.

VI. Che tutti gli Scomunicati dichiarati per le cause sopra espresse debbano riputarsi, e portarsi come tali, e domandare l'assoluzione, dando le dovute soddisfazioni alla Chiesa.

VII. Che li Cadaveri di Monsignor Patriarca Vescovo di Catania, e di Monsignor Vescovo di Girgento, si trasportino nelle loro Cathedrali, con esservi ricevuti con quelle dimostrazioni, che si convengono, nella forma concertata per il trasporto del Cadavere del Vescovo dell'Aquila.

VIII. Che li due Vicarii Apostolici di Catania, e di Girgento, ritornati che siano al governo di quelle Diocesi, possano liberamente senza alcuna opposizione esercitarvi il loro Offizio, finche quelle Chiese non siano proviste di un nuovo Pastore, ò che Sua Santità permetta à quei Capitoli, assolti che faranno li Canonici, di procedere all'elezione di un Vicario Capitolare.

IX. Che essendo nulli tutti gl'atti spettanti sì al Foro di coscienza, che al contentioso fatti da' Vicarii intrusi, ò da qualunque altro Superiore Ecclesiastico non legittimo, darà Sua Santità le sufficienti facultà a' Vicarii Apostolici di Catania, e di Girgento, ed al Vicario Generale di Monsignor Vescovo di Lipari, perche possano provvedere à gl'innumerabili disordini seguiti per nullità de' sudetti atti, con dar loro le opportune istruzioni, ad effetto di evitare al possibile ogni disturbo, e scandalo, e lo stesso à proporzione si farà co' Regolari, dando le facultà a' Superiori Generali.

X. Adempite che siano le sudette soddisfazioni, e costando à Nostro Signore del loro intero adempimento, dira Sua Santità le facultà necessarie a' Vicarii Apostolici di Catania, e di Girgento, ed al Vicario Generale di Lipari, tornati che siano al Governo delle loro Diocesi, per rimuovere l'Interdeto.

Die 7. Aprilis 1719, Summus Pontifex omnes pra-insertos Articulos benignè probavit, eosque à R. P. D. Alamanno perlegi, ac recitari mandavit Eminentissimis DD. Cardinalibus Tanario, Paulutio, de Aquaviva, Corradino, & Albano, nec non RR. PP. DD. Alexandro Albano Sanctitatis Sua Nepoti, & Scipione de Ricciis Sac. Congregationis Immunitatis Ecclesiasticae Secretario, ad Palatium Apostolicum Vaticanum jussu Sanctitatis Sua ad hoc specialiter vocatis. Expleta lectione Eminentissimus D. Cardinalis de Aquaviva nomine Regis Ca-

solicam plenam, integram, ac omnimodam octo priorum Articulorum executionem pollicitus fuit; Et vicissim reliqui quatuor Eminentissimi Cardinales noni, & decimi Articulorum adimplementum Pontificio nomine sponderunt.

Subinde mandato Sanctissimi per encyclicas literas Sac. Congregationis Immunitatis Ecclesiasticae universis Siciliae Ordinariis missa fuerunt exempla praedictorum decem Articulorum cum opportuna Instructione; Nec non Vicarius Apostolicus Catanien., & Agrigent., ac Vicario Generali Liparitan. injunctum fuit, ut postquam illis exploratum, comperitque esset integrum, atque omnimodum adimplementum satisfactionum à Regis Officialibus prestandarum, Interdictum memoratis Civitatibus, & Diocesis appositum removerent. Eisdem praeterea Vicariis, ac reliquis omnibus Siciliae Ordinariis tributa fuit facultas absolvendi in forma Ecclesiae consueta à censuris omnes, & singulos, qui illis innodati reperirentur ob violationem Interdicti, ac lesam Immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam, sive ob alium quemcumque actum ab ipsis gestum in odium Jurisdictionis Ecclesiasticae, vel obedientiae praestitae mandatis Sanctae Sedis Apostolicae, ejusdem Interdicti observationem respicientibus; Ac insuper dispensandi cum illis, qui irregularitatem contraxissent, dummodo tamen iidem Excommunicati, ac irregulares absolutionem, & dispensationem respectu debita humilitate postularent, partibusque laevis satisfacerent, & à similibus in futurum abstinere pollicerentur.

Interea Eminentissimus D. Cardinalis de Aqua via liberam potestatem fecit omnibus Siculis expulsi, & profugis tam in Urbe, quam extra eam degentibus, in ipsam Insulam ad propria revertenti, concessio singulis petentibus amplo Salvo Conductu-Passaporto nuncupato: Et postmodum ex literis praedictorum trium Vicariorum certus allatus fuit Nuncius, quod cum Regii Officiales stabilitas conventiones bona fide adimplevisset, ipsi vicissim Interdictum à praefatis Civitatibus, & Diocesis auctoritate à Sanctissimo eis benigne tributa susceperant.

MONITORIUM

Vigore specialis Chirographi Pontificii die 29. Julii 1715. expeditum contra Carolum Joseph Juniperum Praepositum Curatum Odalengi Catalen. Diocesis, ob recursum ab eodem Praeposito habitum ad Laicalem Potestatem, ad effectum impediendi executionem Decretorum Episcopi Catalensis, nec non contra Officiales, ac alios ejusdem Laicalis Potestatis Ministros, qui Ecclesiasticam Immunitatem, & ordinariam Domini Episcopi jurisdictionem multipliciter eà occasione violarunt.

Nicolaus Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Soli Assensens, Curia Caesarum Camera Apostolica Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, & Literarum Apostolicarum quarumcumque Universalis, ac merus Executor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infra-scripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, ceterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad

quem, vel ad quos praesentes nostra Litera pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod hac infra-scripta die comparuit coram Nobis Per-Illustris, & Excellentissimus Dominus Nicolaus Jacobatus Sanctissimi Domini Nostri Papae, ejusque Reverendae Camerae Apostolicae Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit, Illustrissimum, & Reverendissimum Episcopum Calanen. variis recuribus postulatum usque ab anno 1711. ad normam Sacrorum Canonum, & praecipue Sacri Concilii Tridentini, plures, ac providas fecisse Ordinationes ad conservandum Spiritualibus Indigentis Animarum, ac Fidelium habitantium in Villis Odalengi magni, nempe in Valle Sturae, Casalegii, & Riva pro commoda Sacramentorum receptione, Divinorum Officiorum participatione, aliisque respectu Parochialibus muneribus ad eorum commodum exercendis in Ecclesia Sancti Grati dictis Incolis magis congruenti tanquam sita ferè in medio dictarum Villarum forrogat, in locum antiquae Ecclesiae Parochialis Sancti Quilici, ob temporum injuriam, Bellorumque incurfiones derelictae, initis etiam inter dictarum Villarum Incolas ex una, & Parochum, seu Praepositum Matricis Ecclesiae dicti Loci Odalengi magni conventionibus sub die 29. Junii 1712. seu &c. cum reservatione Jurium praetensi Patroni, & Praepositi, ad cujus Ecclesiam praedictarum Villarum Habitatores loci distantiam, & difficultatem itineris sine magno incommodo, praecipue senio affectorum, Puerperarum, Mulierum lactantium, ac male valentium accedere non poterant.

§. 2. Contra disposita per Episcopum, ac infra-scriptas pactiones hodiernus idem Praepositus Curatus Carolus Joseph Juniperi recursum habuit ad Potestatem Laicam, nolens in Ecclesia destinata praedicta occasione Paschatis Sacramenta ministrari, & de facto Paschali tempore proxime elapsi anni 1714. ab eadem Laica Potestate transmitti obtinuit ad Villas praefatas Equitem Lambertum cum sua Cohorte in numero sexaginta circiter Militum ad hospitandum in Domibus Privatorem, illorumque expensis, ut eosdem per vim adigeret ad Paschale Praeceptum adimplendum in dicta Praepositorali Ecclesia Odalengi, quemadmodum tali urgente insistentia post vexationes octo dierum spatio passis, multaque damna, ac dispendia illuc accedere coacti fuerunt cum maxima, ac scandalosa Jurisdictionis Ecclesiasticae laesione. Quibus concussionibus, & violentiis altera non minor accessit; Etenim ad dictam Civitatem Calalis advocati fuerunt Franciscus Bencius, & Joannes Baptista Serenus coram Civitatis Praefecto nuncupat. il *Commandante*, & praecipue coacti fuerunt ad praefatas Villas redire, ibique Instrumentum Unionis eorundem Particularium conficere coram eodem Duce, & Militibus imbit supra, residentibus. Deinde ad eandem Civitatem remissi, adhuc compulsi fuerunt quandam conventionem favore praefati Praepositi dispositam, ac ipsis penitus laevam approbare, imposito etiam Causae silentio: Quam conventionem sic coacte initam Particulares laesi ferre non valentes, novum recursum ad Reverendissimum Episcopum habuerunt, constanter protestantes se nolle eidem conventioni acquiescere; Pervenerunt ad aures Praepositi, & Praefati Civitatis novissimae Popularium preces Episcopo porrectae, & fuerunt in causam, ut praedicti Bencius, & Serenus, tanquam ditiores in Populo, iterum vexarentur. Etenim ad Civitatem revocati, prius in Arce fuerunt inclusi, inde per Civitatem longo tempore detenti, ut detegerent, & referrent eos qui ad Reverendissimum Episcopum noviter

recur-

Episcopus Calanen. decernit in Parochia exerceri in Ecclesia S. Grati ubi brogate in locum Parochialis de consensu Partium.

Parochus contra Decretum Episcopi, & infra-scriptas pactiones recurrit ad Laicam Potestatem, ejusque cohortem, ut chio Decreti executionem impedit.

Et vexat Incolas Villae S. Grati.